

enebras dilabuntur rapidi
nuper qui clamaverant,
ntem reprobam sententiam!
put superbum, vocem nunc extol-
[lite!]
nunc illa vox alta sanguinis:
or cadat super nos et filios!¹
niter) Canit moestitiam ferox ad-
[precatio.
d triste nescio praesagium!
atio fuit quae gentium
ox decidet ruina celebris.
s rapta mox a patris urbibus
a cunctis populis spectaculum!
flemus quem, magistro maximo,
certa ductae poenitentia,
Nomen invocare discimus,
inemus certe veniam criminis!
cimus quod matres in primis nos
[addecet
orare nobis simul et filiis!
. Eamus, Matrem vidimus quam
[saepius
perpetuis adiuvet nos precibus.
et ipsa nobis sit propitia,
cunctis Iudith opportunior,
er potius genti salus sua.
ie causam commendate Fulviae!
uid ipsi restat post tot crimina?
non Pontium, nec uxorem dicite,
sed unam mementote Fulviam.
quod miserae fatum in posterum!
abit certam veniam pro crimine,
i perditos viros ut quaeretur...
recaminor! Fui discipula
creto, palam sed in posterum!
sic potis sim salvare Pontium,²
uit primus sancti qui Sanguinis.
Deo sit gloria et decus pro Filio,
demit nuper qui nos sanguine,
decus sonet semper per saecula!

FINIS

ur vox imitans sonitum turbarum mul-
anxia.


Dr. JOSEPHUS FORNARI, Sponsor.

PIS POLYGLOTTIS VATICANIS. - ROMAE.

ALMA ROMA



QVIDQVID NON
POSSIDET ARMIS
RELLIGIONE
TENET



NUMMARIA MENSA ROMANA

(BANCO DI ROMA)

SOCIETAS ANONYMA EX SOLUTA SUMMA LIBELL. 75.000.000

Sedes caput et suprema gubernatio Romae in propriis aedibus
Corso Umberto I, N. 307 (Piazza S. Marcello)

...
Sedes aliae tum in Italia, tum apud exterias civitates:

Alba (cum off. in opp. Canale), Albano Laziale, ALESSANDRIA (in Aegypto), Arezzo, Avezzano, Bagni di Montecatini, BARCELLONA (in Hispania), Bengasi (in Cyrenaica), CAIRO (in Aegypto), Canelli, Castelnuovo di Garfagnana, COSTANTINOPOLI (in Turcarum Imperio), Derna (in Cyrenaica), Fabriano, Fermo, FIRENZE, Fossano (cum off. in opp. Centallo), Frascati, Frosinone, GENOVA, Lucca, MALTA, MILANO, Mondovi (cum off. in opp. Carrù), Montblanch (in Hispania), NAPOLI, Orbettello, Orvieto, PARIGI (in Gallia), Pinerolo, Porto S. Giorgio, Siena, Tarragona (in Hispania), Tivoli, TORINO, Torre Annunziata, TRIPOLI (in Africa), Velletri, Viareggio, Viterbo.

NUMMARIAE MENSAE ROMANAe RATIONES ET NEGOTIA.

NUMMARIA MENSA ROMANA pecuniam depositi nomine accipit: a) iuxta quotidianas computationes easque liberas, fenus rependens ad 3%, data facultate quotidie exigendi usque ad lib. 10.000; ex denunciato duorum dierum, lib. 25.000; dierum quatuor, lib. 50.000; pro maiore summa cum Mensae moderatore conveniendum est; b) computationibus pariter quotidianis, at vinculo adstrictis, lucro annuo 4%, si vinculum erit mensium sex; 4 1/2 %, si mensium duodecim; c) parsimoniae fovendae sub specie, anno fructu 3.60 %, cum facultate quotidie deferringi usque ad lib. 1000, et exigendi ad nutum quotidie lib. 300. De maiore vero summa mandatum dimittitur ad dies tres usque ad lib. 1000; ad dies septem usque ad lib. 5000; ad dies undecim usque ad lib. 10.000; ad dies quindecim, ultra.

Praeterea NUMMARIA MENSA ROMANA: a) prescriptiones compensat duarum personarum certa fide pollutum subscriptione munitas, post menses tres solvendas; idque pro omnibus locis ubi argentaria res publice agatur; b) mutationum agrestium ad formam, iuxta italicam legem d. 27 Ianuarii 1877 latam, tum Romae tum in Romana provincia requirentibus subvenit; c) in antecessum solvit atque mercatorio more pecuniam reportat sub praesidio fundorum publicorum, vel pecuniae nominum tum publicae rei, tum industriae private; d) litteras emitit ex credito pro locis ubi commercia tum Italiae tum exterarum gentium maxima aguntur; e) exteros numeros negotiatur eorumque collybum exercet; f) fiduciarias res in custodiam accipit, pro iisque adservandis capsas conducticias ex chalybe etiam suppeditat.

In universum, omnia pértractat quae propria Mensae Nummariae sunt.



CONSTANTINI PISONI

Pontificia Officina Candelarum ad Sacra

CONDITA AN. MDCCCLIII

pluribusque praemii aureis et argenteis aliisque honoris
testificationibus insignita

ROMAE - Corso Vittorio Emanuele, 127-129; Via Sediari, 1-3 - ROMAE

Candelae ex cera cuiusvis dimensionis, tum simplices, tum exquisitis ornamentis decorae; rigidissimae vel calidissimis caelis resistentes, iuxtaque praescripta liturgica fabricatae, et a S. Rituum Congregatione recognitae.

FACULAE AD NOCTEM, et diuturnitate et fulgore unicae, ideoque
iure proprietatis septae.

COMMERCII EPISCOLARE OMNIBUS LINGUIS HABETUR.

RES AD ORBEM UNIVERSUM EXPORTATUR.



Ann. IV.

AL

LATI

Pretium annuae sui

march. 10; rubri

FORNARI doctor

Redibitne
cultis ge

AD DOCTOREM

Carissimi

Etsi otiosior vi
in mentem revoco
de laudibus Italiam
psit: « Terra, om
eadem et parens
quae caelum ipsu
congregaret impe
tot discordes fera
commercio contr
nitatem homini
cunctarum gentiu
fieri. Sed quid
omnium locorum (c
rerum singularum
tenet. Urbs Roma,
tam festa cervice
rari debet opere? »
siorem oratorem h

Quid addam? A
cum litteris finem
abs re esse putav

ELL. 75.000.000

propris aedibus
Marcello)

eras civitates:

Arezzo, Avezzano, Bagni di Montecatini, to), Canelli, Castelnuovo di Garfagnana, no, Fermo, FIRENZE, Fossano (cum off. in O, Mondovi (cum off. in opp. Carrù), Montenerolo, Porto S. Giorgio, Siena, Tarragona Velletri, Viareggio, Viterbo.

NES ET NEGOTIA.

nine accipit: a) iuxta quotidianas facultate quotidie exigendi usque fierum quatuor, lib. 50.000; pro computationibus pariter quotidianis, um sex; 4 1/2 %, si mensium duos %, cum facultate quotidie defensio 300. De maiore vero summa manutem usque ad lib. 5000; ad dies

iones compensat duarum personarum solvendas; idque pro omnibus m ad formam, iuxta italicam legem ncia requirentibus subvenit; c) in b praesidio fundorum publicorum, atae; d) litteras emitit ex credito maxima aguntur; e) exterios num- s in custodiam accipit, pro iisque

mariae sunt.

INI PISONI
undelarum ad Sacra

. MDCCCLIII

argenteis aliisque honoris
s insignita

27-129; Via Sediari, 1-3 - ROMAE

ces, tum exquisitis ornamentis
iuxtaque praescripta liturgica

e unicae, ideoque

ABETUR.



Ann. IV.

Romae, Idibus Octobribus MCMXVII

Fasc. X.

ALMA ROMA

LATINITATIS PRAECONIUM SINGULIS MENSIBUS EDITUM

Premium annuae subnotationis (fasc. 12) est in Italia libell. 9; ubique extra Italiam libell. 12 (doll. 2,40; march. 10; rubl. 4 1/2; sh. 10; coron. 12) ante solvendum rectoque tramite mittendum ad IOSEPHUM FORNARI doctorem, Romam, Via del Governo Vecchio, 96.

Redibitne latinus sermo
cultis gentibus universus?

III.

AD DOCTOREM IOSEPHUM FORNARI.

Carissime rerum,

Etsi otiosior videar, volo tibi admodum in mentem revocare quod Plinius *senior* de laudibus Italiae olim alaci animo scripsit: « Terra, omnium terrarum alumna eadem et parens, numine Deum electa quae caelum ipsum clarius faceret, sparsa congregaret imperia, ritusque molliret, et tot discordes ferasque linguas sermonis commercio contraheret, colloquia et humilitatem homini daret, breviterque una cunctarum gentium in toto orbe patria fieret. Sed quid agam? Tanta nobilitas omnium locorum (quos quis attigerit) tanta rerum singularum populorumque claritas tenet. Urbs Roma, vel sola in ea et digna tam festa cervice facies, quo tandem narrari debet opere? ». Haud possim persuasiorem oratorem habere ...

Quid addam? Antequam hisce meis tecum litteris finem aliquem impono, haud abs re esse putavi tibi confidenter com-

municare quae cum hominibus suae aetas Plinius et de hoc ipso veluti argumento describeret. Illis fortasse temporibus lente ac difficilime latinum eloquium inter victos populos progredi videbatur, et Romani, qui extra Urbem viverent, inter hostes quodammodo se esse credebant. Omnes enim orbis terrarum gentes suum adhibere sermonem conabantur, quoniam ipsa Romanorum lingua barbari quid sonaret et grave servitutis testimonium esset atque opprobrium. Quot populus victor ipse illis bona pollicebatur, quas felicitates, una si romana lingua uterentur!

Haud equidem haec nostra longa disputatio est inanis reputanda, ut sunt versus inopes rerum nugaeque canorae. E contrario apta mihi admodum videtur et commoda, si quaestio est de latino sermone adhibendo, vel in rebus publicis agendis. Ipsa enim temporum gravitas maxime nos monet. Namque immane bellum, quod omnes Europae populos territat ac vexat, haud in aeternum durabit; et depositis tandem animorum inimicitis, ad pacem iterum componendam omnes simul aliquando contendent. Et Gallia, facilem sibi reputabit victoriam et gloriose spiritus quodammodo extollere praesumet, si omnes sive socios sive adversarios accipiet gallice primum colloquentes. Nonne

hunc primum, nec equidem contemnendum triumphum, sese adlaturam esse sperabit? Nec parvula fuerit haec Victoria reputanda, si tempus simul componas animosque Germanorum, qui in populorum conciliis semel atque iterum patrio sermone exterarum nationum oratores adloqui haud dubitaverunt. Quam quidem novitatem quum indigne omnes accepissent, sua quisque lingua rem aegere coepit, et

Essent e contrario hae populorum simultates facile remotae, si latinum sermonem usurpandum esse adjudicarent. Idque maxime commendat et ipsa romani sermonis dignitas, atque verborum elegantiorum maiestas. Ad rem optime facit argumentum ab historia nostrae aetatis desumptum.

Quum abhinc quadraginta circiter annos, acerrimus ille vir, Otho Bismarck, qui ea tempestate rebus non modo Germanicis, sed universae Europae ingenio atque armorum auctoritate imperare videbatur, vi rerum coactus, ne novum sibi bellum invitis animis compararet, ad Leonem XIII P. M. confugit, ut rebus undique optime perpensis, iudicium de occupandis insulis Carolinis, quas dicunt, aequo animo proferret, Leo XIII princeps mitissimi ingeni, idemque subtilioris iudicii, ut populos a civili sanguine prohiberet, illud tam arduum munus libenter est adgressus, et multis post atque adsiduis laboribus, atrocia bella est deprecatus item plaudentibus populis magnifice dirimens, et gravem itemque memorabilem sententiam retulit, quam utraque natio honestissime est amplexata.

Re autem divinitus sic bene confecta, Pontifex Maximus ipse admiratus, nobilem allocutionem apud Patres Cardinales habuit, ut Deo in primis gratias amplissimas ageret pro munere Romano Pontifici tam solemi demandato, et quod ipso suffragante quaestionem ad felicem exitum reduxisset.

Haud ita multo post, qui mos est inter homines positus, et epistolam inclyto viro, cuius nutu consilioque cuncta movebantur, latino sermone exaratam dedit, ut de officio sibi commisso diceret eique pro honore gratias ageret.

Et, nulla vero interposita temporis mora, ipse Otho Bismarck, ut gratum animum in Pontificem promeret, nomine suo atque Germanorum imperatoris rescrispsit, adfirmans omnes late populos gratias Pontifici Maximo amplissimas habituros, quod sapientia atque iudicii sui gravitate, mala omnibus teterrima prohibuisset. At gallice respondit! Quae sermonis differentia, quae rerum dignitas in Pontificis epistola et sententiarum splendor!

Nemo equidem, mea quidem sententia, Bismarcki verba quae pedestri stilo exarata videntur, cum elegantissimis litteris eisdemque gravissimis Pontificis compонere vel longe auderet.

Esto ipse, candide lector, nostrarum rerum iudex. Sic scribit Leo XIII:

« Leo PP. XIII Excelso viro Othoni Bismarck principi Imperii Germanici Magno Cancellario salutem.

« Quum de Carolinis insulis, in eas quae a Nobis propositae fuerant conditio-nes auspicato convenerit, laetum ea re animum Nostrum serenissimo Germaniae imperatori significandum curavimus. Sed eadem animi sensa declarare Tibi quoque volumus, Amplissime Princeps, qui ut illa Nobis controversia ad componendum proponeretur, tuo fuisti iudicio tuaque sponte auctor ».

Nec amplius, namque haec verba Consule, ut dicam, dignissima, sufficient ut in hac re iudex acerrimus efficiaris. En Bismarcki responsum:

« Sire,

« La gracieuse lettre dont Votre Sainteté m'a honoré, ainsi que la haute décoration, qui l'accompagnait, m'ont causé

une grande joie, et je prie Votre Sainteté de daigner recevoir l'expression de ma profonde gratitude ».

Ut ipsa Pontificis Maximi dignitas di-stat omnino ab amplissimi germanici Principis auctoritate, sic inter utrumque sermonem eamdem adesse diversitatem verborumque gravitatem omnes mihi facile assensuros esse confido. Namque, hoc ut clare omnibus pateat, perspicere sufficit, eloqua nostra recentiora, mille ob causas, - ut magnifice, more suo, ac solemniter confirmavit Carolus Botta insignis historiarum italicarum scriptor, - minime ad veterum sermonum maiestatem atque dignitatem adsurgere posse.

Atque adeo, quum res ita se habeant, vel hac de ratione ut ad latinum iterum saepius usurpandum redeamus, etiam atque etiam oro atque obtistor.

Vale.

I. B. FRANCESIA.

De arte "Cinematographica",

Si iam ingens fuit artis graphicae proiectus ex obiectarum rerum per solis radios in superficiem apta materia obductam impressione, quae ars photographica est appellata; in immensum haec mirabilis inventio crevit a die qua, multiplicatis sibique velocissime succedentibus imaginibus, novus huic arti spiritus per motus vitam accessit.

Prima huius cinematographica artis tentamina, - sicuti aëreorum vehiculorum, - incerta quidem fuere; at brevi tempore tam rapide profecere, ut intra paucos annos perfectionem suam iam adepta esse videatur.

Sed, eheu! cuvis progressioni adiacet abusus. Imo quo vividius haec ars naturalm in lucis splendore, in plena forma-

rum blanditie motuumque excitatione re-praesentat, eo pariter fortius passiones excitat pravosque provocat sensus, si obiecta reproducat quae verecundiam offendant, et referat scenas, quae aut sacra violent, aut vitia exalent, aut historicam veritatem pervertant.

Inde grave, imo gravissimum civitatum moderatoribus praestat officium sedulo invigilandi ne haec nova inventio, - quod saepe nimis iam est deploratum! - publicae corruptelae instrumentum fiat. Inde quoque pia cura parentes premit iuvenumque paeceptores, ne suis liberis tironibusque sibi commissis ad nociva spectacula pateat aditus.

Sed id animadvertisse sufficiat; alio enim nostra vertit oratio.

**

Si, ob ipsam suam perfectionem, cinematographica ars tam potens est ad malos insinuandos mores, falsaque consilia diffundenda, est aptissima quoque ad suadendam virtutem doctrinasque altissimas illustrandas. Quare vix satis laudaveris studium illorum, qui omnem sollicitudinem huc dirigunt, quo egregiis argumentis volumina cinematographica ditent, et a malis aversos ad bona huius artis spectacula homines trahant.

Amplissimus hic patet campus. Ipsa natura divitiae abundat, quae hac arte expressae non parum ad mentium animorumque sanam culturam conferant. Adde artis humanae thesauros per varias regiones variaque tempora sparsos. Itinerum, imprimis maritimorum, exhibito quantum erudit simul contuentes et delectat!

Sed et historiae tum patriae, tum sacrae argumenta prostant pulcherrima, nobilissima, tamque ubera, ut non difficile videatur posse factis suppleri vera.

Ast a duplice periculo hic cavendum est sedulo. Quo magis enim argumentum sacra dignitate excellit, eo maiori est pa-

riter studio curandum tum ne quid admixtum vitiorum depravatione rem perversat, tum maxime ne quid historicam veritatem offendat.

Nisi primum depellatur periculum, sacra argumenti indoles, nendum spectantibus exemplum virtutis praebat, speciem non nullis offeret ad prava bonorum nomine insinuanda. Labitur quippe hominis natura in ea quae pravi appetitus sunt; itaque si sacra profanis, imo libidinosis permisceantur, valde timendum est ne istis illa praefocentur.

Quod sane accedit in cinematographica reproductione romanici notissimi Sienkiewicci libri qui inscribitur: *Quo vadis?* Etenim, si iam opus istud deficit, quia ethnici mores vivide nimis repraesentat, hic defectus in arte cinematographica duplicatur. Unde nil mirandum si iuvenes minus cauti ab hoc spectaculo recedant paginis scenis turbati magis, quam christianis vere commoti.

Castior longe liber titulo *Fabiola* a Cardinali Wiseman conscriptus! Quem magno nuper gaudio comperi, curante peritissimo rerum archaeologicarum viro, ipsoque christiano optimo, iam spectaculis cinematographicis aptari.

Summi autem momenti esse ut in argumentis sacris historica veritas scrupulose servetur, tam evidens est, ut nulla probatio indigeat. Apprime norunt adversarii fidei nostrae, quantum sive impugnandae veritati, sive errori diffundendo historica perversio conferat.

**

Haec autem servanda veritas historica, in nullo argumento magis urget, quam in vitae Christi repraesentatione.

Liceat inde mihi sincero calamo deplorare, hanc veritatem multipliciter esse neglectam, quin et offensam, in cinematographicum volumine, quod nomine *Christus* turbas innumeratas nuper allexit. In quo

sane, si laudanda fuerit artis peritia, luminis splendor, dispositio personarum, poeticum veluti flamen actionem omnem involvens, nec non consonantis musicae efficacia, abundabo ultro. Multas enim scenas continet undequaque egregias; nec desunt quae veram pietatem sapient et compassionem devotam instillent. At non inde celandi sunt defectus, nec pauci, nec leves.

Mitto ipsarum personarum electionem. Non sufficit enim hinc actoris valor. Accedit oportet dignitas vitae. In famoso passionis ludo, qui decimo quoque anno solet in pago Oberammergau immenso populi concursu celebrari, nemo ad representandas personas sacras, imprimis Christum Sanctissimumque eius Matrem, admittitur, nisi christiana pietate insignis.

Quadruplex praeterea regula veritatis est omni cnra servanda:

1) historicus ordo; - 2) historica scena historice exhibita; - 3) nihil neque extra historiam, neque contra historiam inducitur; 4) omissum nihil quod ad historiae essentiam pertineat.

Iamvero cinematographicum volumen *Christus* pluries contra ordinem historicum peccat, v. gr. in prima parte, dum invertitur in strage innocentium et fuga in Aegyptum; in exordio vitae publicae Domini, dum baptismus Domini collocatur post tentationem in deserto; in passione, dum confunduntur due derisiones, unde Christus sistitur coram Pilato et Herode iam spinis coronatus.

Si autem ipsas scenas inspicimus, per pauca narrationem evangelicam fideliter exhibent. Ita, ut duo afferam exempla, in convivio Simonis, modus quo mulier peccatrix ad Iesum accedit, nullatenus respondet textui sacro, imo indolem huius facti perturbat; altera scena mulieris in adulterio deprehensa tantopere mutatur, ut princeps pulchritudo narrationis evangelicae prorsus evanescat.

At graviora vitia contra tertiam legem deprehenduntur. Ut alia taceam, quo spectat illa Christi iuvenis per Aegypti ruitas deambulatio, quum constet prorsus Christum adhuc puerum ab Aegypto reducem nunquam deinceps a patria sua exiisse? Haec meditabunda deambulatio non solum est historice falsa, sed rationalisticum praiejudicium sapit, quasi Christus, antiquarum civitatum perscrutatus sit cultus, ad « ideam suam novam » (*l'idea nuova*) conflagrandam.

Historica pariter veritate caret prorsus illa fictio Christi tabulas Moysis in templo claudentis. Christus enim Vetus Testamentum implevit, legem perficiens, non destruens; imo, iuxta ipsius verbum, nec apicem ab ea tollens.

Falsissima, insuper, est repraesentatio Christi in horto Gethsemani calicem, utpote amarum nimis, primo recusantis; et non nisi per secundam angelicam apparitionem confortati, demum: « Fiat voluntas tua » exclamantis. Unica quippe Christus oratione simul angustias animi sui et plenam suae voluntatis submissionem expressit. Nec Angelus ei apparuit nisi semel.

Quarta denique lex illa offenditur maxime in ea parte, quae vitam Christi publicam exhibit. Quot scenae classicae, summi momenti symbolici et dogmatici, omittuntur! Quae tamen aptissimae forent ut arte cinematographica exprimerentur; ex. gr. nuptiae in Cana, sermo in monte, collatio clavium Petro; uno verbo, omnia quae Christum Ecclesiae fundatorem demonstrant.

Optandum sane ut volumen *Christus* iuxta praefatas leges, malo fato posthabitas, expurgetur et compleatur! Nimis enim pulchra continet, quam ut non servari prorsus mereantur et perfici. Vitia autem modo correpta facile potuissent vitari, si tanti operis fautores, quibus rectus certe non defuit animus, consilia sibi viri

sacrae disciplinae periti nec artis ipsius ignari parassent.

Quidquid fuerit, experimentum ad perfectiora conducet. Etenim sicuti nulla historia praeclaris argumentis ditior est quam historia Utriusque Testamenti et Ecclesiae, ita nulla prorsus arti cinematographicae thesaurum magis aptum praebet, tum ad pulchritudinem eiusdem artis manifestandam, tum ad optimum ex eadem fructum carpendum. Nulli alii nationi in hoc nobili conatu cessisse, sit Italiae catholicae laus!

Londini, mense Augusto MCMXVII.

LAURENTIUS JANSSENS, O. S. B.

**Utrum primis Ecclesiae saeculis
fas fuerit christiano viro
militiae nomen dare.¹**

IV.

Adversarii tamen conantur contrarium probare. At vero si adempta fuisset ab Iesu, humani generis Servatore, et militandi, et inferendi, defensionis causa, belli facultas, Patres omnes continuo ab Apostolorum doctrina desciscerent, fasque esse christianis pro republica pugnare arbitrarentur. Citantur quidem perpauci, ex antiquis, qui videntur minus aequos fuisse milibus; sed horum certe ratione dicendi, everti publicam Ecclesiae auctoritatem nequit.² Testatur ipse celebris philosophus S. Iustinus (an. ciii-† clxvii), qui gloriose martyr occubuit (*Epist. ad Diognet.*) eamdem quam ethnici, exceptis vitiis et peccatis, vitam vixisse christianos, etiam militarem. « Christiani – inquit – neque regione, neque sermone, neque politicis

¹ Cfr. fasc. sup.

² Cfr. MAMACHI, *op. cit.*, tom. IV, pag. 34.

vitae institutis a ceteris hominibus sunt distincti. Nam neque proprias civitates incolunt, neque sermone utuntur, qui ab aliorum sermone differat, neque vitae genus habent, quod de re aliqua sibi peculiari sit notabile... Sed incolentes partim graecas, partim barbaras civitates, prout cuiusque sors tulit, et indigenarum instituta sequentes in vestitu, victuque et ceteris, quae ad vitam pertinent, mirabilem, et haud dubie incredibilem suae politiae statum oculis nostris proponunt...».

Qui autem dicuntur contrarii militibus, ita ut christianis nefas fuisse militare affirmaverint, facile apparent ex iis esse qui vel privatam sententiam, non publicam Ecclesiae exposuerint. Vel quod militiam christiani saepe aut improbarunt, aut evitarent, ob temporum circumstantias, quae vix ferebant militiam exercere sine actibus quibusdam cum christiana lege pugnantibus. Vel quod Christianos primorum temporum tanto ardore incensos fuisse ad paeclarissima quaeque capessenda, ut saepe consilia divina pro paeceptis amplerentur.¹

Pro sua thesi itaque adversarii dicunt Patres bellum damnare et christianis ideo prohibere quominus militarent; seque referunt ad S. Cyprianum, Origenem, Tertullianum, S. Basilium ac praesertim Lactantium, neque non ad aliquos Canones Synodi Nicaenae. Item aiunt Patres veteres docuisse christianis fuisse interdictum non solum ne caudem perpetrarent, sed ne aspicerent quidem, ut sunt Athenagoras, Minucius Felix, paefati Origenes et Lactantius².

Ast non ut ii volunt Patres reapse docuere. Et quod spectat ad S. Cyprianum († an. cclviii), non universe ipse militiam improbat, sed de iis bellis agit, quae saevitia iniustitiaque, non ratione ac iustitia

suscipiuntur; et haec bella iam adnotavimus improbata et improbanda semper et ab omnibus. Secus quomodo scribere potuisset (*Ad Demetr.*): «orandum pro militum Victoria»? Origenes (an. clxxxvi - † ccliii) autem, quamvis, lib. III *Contra Celsum*, n. 7, scribat, «nullius hominis caedem licitam esse christiano; nam publica auctoritate quum carerent, neque occidere ipsi per se iure quemquam, neque iubere ut occideretur poterant», non tamen ad bellum legitimum referendus hic textus videtur. Etenim, lib. IV, dicit apes a Deo documento datas «ut bella iusta atque ordinata inter omnes gerantur, si quando id ubeat necessitas».

Tertullianus (an. clx-† ccxlvi) sibi contradicit. Alibi enim supplicia capitis minus probare videtur; sed, lib. *De spectac.*, cap. XIX, scribit: «Bonum est quum puniuntur nocentes. Quis hoc, nisi nocens, negabit?». Ita et de militia haesitat; nam si lib. *De idololatr.*, cap. 19, proposito sibi quae sit: *An fideles ad militiam converti possint, et an militia ad fidem admitti?*, videtur propendere in eam sententiam quae militiae adversatur; in lib. vero *De corona milit.*, quum quaedam adversus militiam disputasset, mox distinguit, qui ante Baptismum militarent, ab iis qui post Baptismum nomen dederint militiae. Et ita scribit (cap. XI): «Plane si quos militia paeventos fides posterior invenit, alia conditio est, ut illorum quos Ioannes admittebat ad lavacrum; ut centurionem fidelissimum, quem Christus probat, et quem Petrus cathechizat: dum tamen, suscepta fide atque signata, aut deserendum statim sit, ut multis actum, aut omnibus modis cavillandum (cavitudinem, cavendum) ne quid adversus Deum committatur». Sensit ergo Tertullianus illos post Baptismum in militia permansisse. Quod sane minime facturi erant, si intellexissent militiam a Christo interdictam, non magis quam *aruspices, magi* et alii vetitarum artium pro-

fessores¹ in sua arte post Baptismum manere permissi sunt. Quinimmo ipsem Tertullianus, eod. lib., cap. I, quemdam militem, et quidem christianum, laudans, *O militem, inquit, in Deo gloriosum!*²

S. Basilus (an. cccxxxix-† ccclxxix) christianis qui militiam exercuisserint, paecepit ut per triennium ab Eucharistia abshtinerent; et ideo adversarii dicunt certum esse S. Doctorem militiam reprobasse, nefasque fuisse christianis militare. At non ita ex textu probatur. «Minime namque - inquit - decere visum est, ut ei, qui iusta etiam et licita caede manus imbuisset, sine piaculo ad tam sancta mysteria permittere aditus. Quemadmodum Davidi legimus, quod hostilis sanguinis plurimum fudisset, non concessisse Dominum, ut templum exstrueret. Tum bigamos in Ecclesia constat non absque poenitentia ad communionem admissos, tametsi secundae nuptiae neutiquam illicitae censerentur».³ S. Basili ergo consilium fuit, non paeceptum; et si paeceptum dedisset, adversus nostram thesim nihil probasset, sive quia non de militis peccato loquutus est, sed de maiori reverentia ad Eucharisticum Sacramentum, sive quia non de lege Ecclesiae universae paecripto ageretur, sed particularis.

Loca Lactantii († an. cccxxv) quae obiciunt, haec sunt: I, ex lib. *Epitom.*, cap. IV et cap. XVIII: «Vetus paeceptum est non occidere; quod sic accipi debet, non tamquam iubeamur ab homicidio tantum, quod etiam legibus publicis iubetur, manus abstinere, sed nec iussione interposita, nec verbo licebit periculum mortis inferre, nec infantem necare, aut exponere, nec seipsum voluntaria morte damnare». Ubiam habetur h̄c militiae damnatio? Nulla prorsus damnatio appetit. Non loquitur enim Lactantius h̄c nisi de homicidio, vel

quod quis committat sponte, vel iussu alterius privati hominis. Non damnat santis ex publica auctoritate necem; nam princeps si iuberet, non peccaret. Iam vero in bello publica est principis potestas. Perperam ideo adversarii Lactantium in hoc invocant, sicut erravit Salmasius.⁴

Alter Lactantii est locus, ex lib. *Divinar. instit.*, seu *De iustit.*, cap. XVII, ubi proposita sibi hac sententia: «Iustus, si aut equum saucio, aut tabulam naufragio non ademerit, ut ipse animam suam liberet, stultus est». Respondit in eos casus iustum hominem nunquam venturum, quia neque bellis neque navigationibus immiscebit se, in quibus haec evenire solent. Et «Cur naviget, - inquit, - aut quid petat ex aliena terra, cui sufficit sua? Cur autem belligeret, ac se alicuius furoribus misceat, in cuius animo pax cum hominibus perpetua versetur? Scilicet peregrinis mercibus aut humano sanguine delectabitur, qui nec lucrum novit appetere, cui sufficit victus, et non modo ipse caudem facere, sed interesse facientibus, ac spectare ducat nefas? Sed mitto ista, quoniam fieri potest, ut vel invitus ad haec subeunda cogatur». Sed belligerandi facultas a Lactantio damnata ex hoc non patet, nisi et damnatam simul quis velit mercaturam, pro qua navigatur.² Hoc igitur Lactantii decretum esto: nostris sponte, ac lucri, vel quaestus minime necessarii, vel ambitionis causa aut navigandum, aut militandum non esse. Fieri tamen interdum posse, ut christianus, sive quia vitam aliter quam iis artibus tolerare nequeat, sive quia principis imperio cogatur, invitus ad mercaturam et ad militiam accedat. Gentiles quidem mercaturam faciebant, animunque ad rem bellicam contrebant, ut facultates augerent.

(*Ad proximum numerum*).

JOSEPHUS FAMELI.

¹ Cfr. GROTH, *op. cit.*, lib. I, cap. II, § IX.

² V. fasc. sup., pag. 151 in nota 5.

³ Cfr. GROTH, *op. et l. c.*

⁴ In *Epist. ad Amphilochium*.

¹ Lib. *De foen. trapezil.*, pag. 785, edit an. MDCXL.

² PETAVII, *Dissert. eccl.*, cap. II, n. X.

EX ALMA RERUM NATURA

Vitis.

Quid nos docet. Nemo non videt quantum noeat hominum felicitati, atque artibus negotiisque, animorum dissensio atque personarum sejunctio. Hominum summum malum odium est; amor autem supremum bonum. Odium civem a cive, patrem quandoque a filio separat et procul arcet; amor vero non solum civem cum cive filiosque cum parentibus, sed etiam aliquando inimicum cum inimico coniungit atque suavissimis vinculis ligat. Praeterea senes iuvenibus indigent ut illis veluti baculo incumbant; dominis servi et operarii sunt necessarii ut bene se habeant in omnibus rebus, tum ad vitam propriam, tum ad fortunae bona [pertinentibus]; duces sine militibus frustra aciem hostilem aggredi conantur. Quid ista respiciunt? Necesse est ut soli lucem addam? Res nimium clara est. Hic, in terris, ea lege constituti sumus, ut unus alio opus habeat. Ac proinde nobis maxime cordi esse debet omnique ope curandum, ut nos una cum ceteris omnibus fida solidaque amicitia adstringamus, maximaque benevolentia prosequamur illos etiam, qui aliquando ingenio usque vitae a nobis dissentire videantur. Vitem aspiciamus, ab eaque coniunctionem discamus. Si ulmo vel qualicumque palo non nitatur, humili languescit sterilis, aureis racemis destituta. Tendamus brachia aliis, ut vitis arbori.

Quid nobis tradi. En agricultura quidam magno moerore oppressus eo quod videbit aegrotum armentum in stabulis projectum; cernens vero uvam flavo vel nigro colore pendente inter pampineos ramos, extemplo vultum risu componit animoque sibi ipse gaudet gratulaturque. Vinum adhuc in rudibus baccis inclusum laetitiam ingerit. Quid erit quum in poculis spumanibus fervescit atque ad mensam in media amicorum corona porrigitur? Est vere fons gaudii. Pellit animi amaritatem, obductas frontes hilarat, aetatem provectam flore

renovat iuventutis. Quid? Sunt his maiora. Veteres nostri, non certe carae sanctaeque memoriae, ut rei vera faterentur, multimodis cruciatibus exquisitisque tormentis, manibus atque pedibus totoque corpore distrahendis, ipsos funestasse accepimus. Poterant illis boni et generosi vini pocula tradere ut suum finem felicius assererentur. In vino igitur veritas. Aliquid aliud est. « Facit indignatio versus », inquit quidam poeta, si bene memini, Iuvenalis. E contra Horatius usque ad recentiores non indigni nominis poetas diceret: « Facit vinum versus ». Multa alia bona nobis vitis suavis humor profundit, sed « sat prata biberunt ».

Quid a nobis postulat. Es-ne ab omnibus occupationibus liber, amice lector? Si ita est, venias, o sodes, mecum aliquod temporis deambulatum.

Salubre est quam maxime procul a tumultu urbis campestrem auram pleno halitu captare. Ecce campus amplus, qui longe lateque patet: hic bene vites seres: multas et spissas ordine pones, ne patiaris singulas plus aequo extendi, vel in altum produci. Tempore opportuno, nimis prominulos ramos obtrunces oportet. Cerne tamen illas profundas humentes valles; illas devita. Non habebis ex illis vitibus multum et salutare vinum, sed folia et pampinos inutiles. Si vero possides declives colles ad solem meridianum vergentes, hic locus aptissimus ad vites serendas: amant solem vites, et ad solem expositae nescio quo arcano fulgore rutiant « maturae vitibus uvae ».

Et Vergilius, cuius notissimi illi versiculi:

*Et multo in primis hilarans convivia Baccho
Ante focum, si frigus erit, si messis in umbra,
Vina novum fundam calathis Arvisia nectar,*¹

quam optime ad rem monet:

*Mitis in apricis coquitur vindemia saxis!*²

Et si colles ad mare dulci declivio descendunt, a furentibus tamen ventis se-

¹ Egl., V, 69-71.

² Georg., II, 32.

clusi atque defensi, ita ut vites aërem e marinis salsisque undis venientem respirare possint, tunc sane optimum odoratumque vinum libabis. Eiusmodi vinum nos paci propinare Deus propitius, tot votis precibusque annuens, brevi concedat!

Neapoli.

FRANCISCUS PISCOPO, S. I.



LUDICRA

MULIER FUCATA ET PICTOR.

*Admissa invisum tabulas, fuco intita multo,
Dum stupet, artificem se quoque iactat anus.
Subridens inquit pictor: « Iam scimus ». Et illa:
« Unde? » - « Tua - pictor protinus - e facie ».*

SCIOLUS ET PUER.

*De pueri, pater, ingenio tibi gratulor: unum
Hoc timeo, iuvenis ne tibi fiat hebes ».
Haec fatur sciolus puerum miratus. At iste:
« Ergo te puerum iam valuisse patet ».*

SCURRA ET CURRUS PUBLICUS.

*Rheda viris stipata (datur namque omnibus aequum
Ius pretio e parvo) transit iter faciens.
Scitatus quidam: « Hacne locus, cedo, restat in
[Arca? »*

Audit: « Unus, adhuc, ingredere, est asino ».

DISCIPULUS ET IUDEX STUDIORUM.

*Crassior ingenio studiorum summa pericla
Iam facit; hac animum iudicis arte movet:
« Ne reprobes, miserere mei; secus aequor in altum
Hinc me precipitem protinus ipse dabo ».
Subridens iudex: « Animum spe pascis inani:
Innatat usque, mihi crede, cucurbita aquis ».*

PUER SIMPLEX.

*Spectatum egredere, o fili, num desinit imber »,
Indicit mater. Filius illacrimans
Inquit: « Aqua veter, o mater, quae decidit extra
Obcoecans oculos, desuper inspicere ».*

SORTILEGUS ET PAUPER.

*Si tot ego tibi praedixi bona fata futura,
Quattuor o saltem da mihi, amice, obolos ».
Haec fatuus loquitur; cupiens captare misellum,
Affatum iactat se propiore deo.
Qui potes - alter ait - penitus secreta videre
Quae bona sint nobis quaeque futura mala
Praescius, at nescis ita defecisse crumenam,
Ut nec ibi simplex insit egeno obolus ? ».*

Neapoli.

F. T. MOLTEDO.

De Romanorum cursibus publicis
deque hodiernis cursoriis signis,
vulgo franco-bolli.

Ut tandem huic rei, quam diu multumque volutavi, finem qualemcumque imponam, haec adhuc nonnulla addenda esse puto. Iuvat equidem obiter memorare immensum rerum cursum, et progressus referre, hisce praesertim temporibus, receptos. Atque adeo si multa saecula adlaborarunt, ut has nobis commoditates conferrent, et si multa animi voluntate principia et causas harum rerum considerabimus, eorumque progressus et quasi antecessiones non ignorabimus, et tempora antiqua praesentibus cum futuris adnectimus, nos quem nobis de hisce commodis gaudemus, gratias et illis quam maximas agere atque habere debemus.

Constat enim apud omnes primum publice cursores exstisset qui locis positis homines alio advenientes expectarent, a quibus vel voce vel scriptis rem aliis referendam acciperent. Hinc, arrepta occasione, monebo, minime, meo iudicio, errare, qui ab hisce locis positis autument, volventibus annis, ortum habuisse id quod recentiores le poste passim appellant. At paucis post annis mirum est quam fuit progressus! Nec sane abs re est dicere omne punctum in hac re humanum ingenium retu-

lissee. Namque, quod Horatius, horrescens referebat, idest

*Expertus vacuum Daedalus aëra
Pennis non homini datis;*

post aliquot saecula nos invexisse recentiores videmus, et cunctis admirantibus populis celerrimo per aërem cursu epistles ad urbes deferri. Mox mirum admodum erat munus veterum veredorum curribus vi aquae vaporatae actis committere: nunc ad perfectionis apicem pervenisse humanum inventum credimus.

Quis noverit tamen quae rerum novitas nos crastina die mansura sit? Haec fortasse erant dicenda antequam ad rem venio.

Nostra aetate epistles libere homines quocumque libuerit mittere consueverunt, et parvula quidem mercedula devoluta, ut amici citra difficultatem primo quoque tempore tutiusque accipient. Hoc signum mercedis solutae, quo nos ab omni missionis pretio liberamur, *francobollo* passim dicitur.¹

Et hoc parvum rerum profectus testimonium habet suam quoque historiam et multa sane laude decorandam, eo potissimum nomine, quod egregie hominum commoditati inserviat.

Nuper nos opinabamur, hunc morem signandi epistles primum apud Anglos invectum fuisse. Verum, re bene persensa atque intimius considerata, apertissime constat, huiusce rei pretium esse Italiam omnino adtribuendum; et potius Subalpinis. *Habent sua fata libelli*, monitos nos voluit Martialis; et suum quoque fatum habuit et hoc parvum signum, quod e tot rerum hominumque naufragio, magna equidem exceptione ad nos usque pervenit. Namque quem nonnulli antiquitatis

¹ Haud desunt qui hoc signum velint *pittacium* graeco vocabulo appellari. At perperam, mea quidem sententia. Namque haec vox nihil aliud significat, quam titulum testulæ impositum ut tempora memoret viniq; virtutem. Quod quidem longe aliud est.

cultores in Anglorum obsequium in vulgus ederent peculiari honore celebrandum esse quinquagenarium anniversarium ex quo primum in Anglia cursorum signum hoc, quod *francobollo* dicimus, invectum esset, insignis quidem atque fortunatus cultor apud nos de huiusmodi inventis, omnibus adprobantibus, rite atque scite confirmavit, Subalpinorum regnum, post Napoleonem exactum, primum usum invexisse; hac ratione, ut suos a missionis epistolaram pretio solveret, charta quadam superposita, qua portenderetur munus publice redemisse. Et Victorii Emmanuelis I laus fuit, qui anno saeculi elapsi millesimo octingentesimo duodecimmo, huiusmodi signorum tesseras, *francobollo* videlicet, in vulgus edidit. Quin imo tertio nonas Decembres caustum fuit, ut idem signum, cum pretio pro diversis rebus, genium quemdam equo incidentem cum buccina referret: hinc ipsis bellule a vulgo est *Cavallotti* nomen inditum.

Anglia vero præ ceteris gentibus est studiose progressa in novis istis inventis excogitandis ampliandisque, atque ita principem sibi locum facile comparavit.

Angli ipsi hoc signum epistles perutile gummi adstrinxerunt; quo facilius autem omnia commerciorum genera ad suorum praesertim commodum evulgarentur, caustum in primis est, ut ex locorum distantia plusve minusve pretium adhiberetur.

Mox denique, nulla amplius habita inter civitates ratione distantiae, omnes eodem pretio epistles aliasque huiusmodi fasciculos mittere inter se convenerunt. Quorsus procedamus? Quid enim hominum ingenia refrenabit? Usque ad medium fere saeculum undevicesimum epistolæ et viatores veredis trahebantur: nostri temporis homines nobis superbe arrident quum accipiunt qua lenitate iter ipsi saepe insumerent, quibus et periculis maxime obnoxium.

Atque iter emensi casus superavimus omnes

bonus noster Horatius iterum diceret, si vel leviter inventa memoraret, quae passim hanc nostram aetatem honestarunt.

Attamen hic novus iam rerum nascitur ordo. Est ingens in omnibus cupiditas haec parvula signa colligere, cuiuscumque sint aetatis, eadem designare, inter diversa Europæ regna ponere, melius sane atque optatissimum si quae ab Asia venerint, a dissita America atque Africa... Et magno equidem pretio ex temporum regnorumque differentia veneunt. Horatius, quem meum tu dices magistrum, de se de suisque carminibus timens ridendi causa descripsit:

Aut fugies Uticam, aut vinctus mitteris Iterdam.

Feliciora esse utique aestimaret, si adhuc viveret, haec recentiorum signa, quam sua elegantissima poemata. Quo enim studio, qua diligentia, quibus at pretiis signa haec omnes comparare conantur! Si olim haec res erat tantummodo grandævis permitta et quidem pro ipsa rei novitate ac difficultate et divitibus, nunc omnes civium ordines pervasisit. Namque et ipsi pueruli, qui teneris adhuc unguiculis scholam prioris ordinis frequentant, habent et suam horum signorum collectiōnem, quam in dies locupletiorem reddituros se esse sperabunt. Et quomodo saepe adest in principum aedibus atavorum series, vel in libro religiose asservantur parentum veterumque imagines, sic hac nostra aetate diversa signorum series custodit. O curas hominum, quantum est in rebus inane!

Quamquam nec hanc in pueris consuetudinem improbandam esse opinor, quum laudabilem appellandam nonnulli profitentur.

Est enim utilis de rebus historicis recensio, quam praesertim istis nostris temporibus adeo variis et mutabilibus, perutilem esse haud dubitaverim. Hic enim veluti in tabula unoque oculorum obtutu

longe rerum series hominumque notatur, quae sit regnorum varietas, et in quantas imperii partes olim divideretur. Et quot regna renascuntur, quae nuper cedidere! Quantum est insuper humanae caducitatis perutile sacrumque monitum! Quod igitur legere apud Lucanum memini, id tibi relinquo, candide lector, veluti soleinne humanarum rerum documentum. Omnia enim transeunt:

Et, quasi corporeae, vitai lampada tradunt!

SENIOR.

ANNALES

Europæum bellum.

Dum Romæ consultur.... Haec, et quae in trito hoc proverbio sequuntur verba, facile in mentem redeunt Russicas civiles res consideranti. Quamquam in illa civitate, et collegio ad res pro tempore gerendas constituto, et consilio legatorum ex opificibus militibusque, utroque suo Marte agente, ecquis patriæ saluti aliqua cum utilitatis specie consulere dici potest? Nil igitur mirum, si, exercitus disciplina soluta, Teutones facile Livoniam invaserint, Rigam urbem expugnaverint, atque per Hote Duzusk, Donamunde et Dwinae fluminis oras quasi libere cursaverint. Hic autem constitere, neque ulterius usque nunc processerunt Petropolim urbem caput petituri. Ante ipsos hostili manu hanc ingressurus Russicarum copiarum dux ille Korniloff videbatur, qui, quum ab Austria defecisset, quorum captivus factus erat, et ad suos rediisset, gubernii praesidem Kerenski iussit summum imperium deponere, quod ipse esset suscepturus, ut patriam rem restitueret. Alter vero adversario magistratum abdicat, sese totius exercitus supremum imperatorem nominat, et

in aemulum per satellites suos manum iniiciens, eius impetum ardoremque restinguere valet; denique civilem statum qui a re publica antonomastice nunc vulgo appellatur edicit, eique regundo quinque viros deligit, praeside seipso. Sed tamen ne inter istum quidem tam paucorum gubernantium numerum concordia sedem aliquam posuisse appareat: alter enim alteri in dies substituitur. Quid? Kerenskius sibi dictaturam comparat, an adversa non tantum, sed eversa eius, ceteroquin viri fortis et erecti, fortuna fit? Interim hostis ridet dentibusque infrendit, dumque proximus ardet Ucalegon, nullum est iam a Russis auxilium quodvis eorum sociis sperare.

Sed tamen satis sibi providere isti videntur. Anglogalli enim in Flandris acriter offensionem suam producunt; Itali firmiter in terris recens per vim occupatis resistunt, Austriacosque impetus ad eas recuperandas strenue ubique repugnant; Angli denique victricem actionem suam ad Euphraten flumen resumpserunt.

Quid autem de piissimo Benedicti Papae XV incepto ad aequam durabilemque pacem tandem aliquando componendam?

Pontificis litteris rerum publicarum moderatoribus datis, Civitatum Foederatarum Americae Septentrionalis Praeses publice primus respondit. Qui, licet iustitiam causae, a summo Christifidelium Parente susceptae, sese recognoscere fateatur, negat tamen propositos canones acceptabiles fore donec cum Teutonicis illo gubernio agendum sit, quod ea etiam nunc ad amussim exprimit principia, quae immannis ac ferissimi huius belli causa fuere; quodque nullum praebet documentum, nullam praestat fidem, per quam adversae partes confidenter accedere ad ipsum possint.

Post aliquot dies, quasi ad sententiam suam confirmandam, nordicae Americae Praeses novam Teutonum proditionem,

insidias novas universo orbi denunciat: Germanicum in Argentina civitate legitum, privilegio abutentem scribendi per notas, legato cuique apud exterbas gentes concessa, per Suetiam, neutri parti faventem, gubernio suo patefacere seriem Argentinensis navium proficiscentium, eorumque iter, locumque ubi securius a subaqueis lintribus submergi possint: eaque dum Germania sollemniter Argentinensis promittit, sese quamque eorum navem a submarinis incursionibus tutam effecturam....

Die XIX mens. Septembris datum est tum Germanici tum Austriaci Caesaris responsum; ac deinceps Bavariae, Bulgariae ac Turcarum. Haec summatim relata sunt atque cum Teutonibus convenire omnino videntur. Qui quidem bellum infamia notant, pacisque asserunt desiderium; suam quoque esse sententiam affirmant de ponti libertate deque mutua bellicarum expensarum atque damnorum remissione; in Pontificium pariter consilium descendunt de exarandi ratione apud populos sufficienda, atque circa arbitrorum collegium, quod in posterum de populorum externis discriminibus supremum ius dicat. Atvero de ceteris propositis reticent: concludendum ne inde est ipsos viam sibi reliquisse per quam ad rem redire possint quo tempore sibi magis opportunum videatur, an....?

Sed nostrum non est, quibus demandatum fuit munus eventus tantum referendi, aliorum mentem carpere; a quavis itaque censura et de Teutonicis litteris, quemadmodum de Wilsoni effatis, hic abstinebimus.

Kalendas Octobribus MCMXVII.

POPLICOLA.

Sicut sub uno igne aurum rutilat, palea fumat, sub eadem tribula stipula communuit, et frumenta purgantur.

S. AUGUSTINUS, *De civ. Dei*, I.

VACUI TEMPORIS HORA

In suburbano recens quum essem, curisque vacuum tempus paullulum recreandi gratia Polydori Vergilii librum de inventis abhinc saecula quatuor editum per voluntarem, in paginam incidi, quae recentissime scripta apparet; dignamque putavi quam ex archivorum silentio revocarem, vobisque, lectoribus meis fidelissimis, offerrem. Est enim de « novitio » tum invento, « quod **bombardam** vocant; quo post hominum memoriam nihil terribilius ab humano ingenio excogitari potuit. Cuius inventorem fuisse tradunt Germanum admodum ignobilem, cui casu in mentem venit tale quid efficere. Fertur enim homo ad exitium humandum natus, servasse aliquando domi in mortario pulverem sulphureum cuiusdam medicinae facienda cause, illudque texisse lapide; ac deinde contigisse, ut, dum ignem ex silice prope excuteret, scintilla intro ceciderit, subitoque flamma eruperit atque lapidem in altum tulerit; et ille eius rei casu doctus, postea facta ferrea fistula et pulvere confecto, machinam reperisse, ac eius usum Venetis in illo bello primum ostendisse, quod ad fossam Clodium est cum Genuensibus gestum, qui fuit annus salutis humanae MCCCLXXX. Is itaque tam mortiferae machinae repertor, pro mercede, opinor, accepit, ut nomen eius perpetuo occultaretur, ne omni tempore a cunctis mortalibus male audiret, dignus scilicet qui prior ipse vice Salmonei fulmine flagrasset - (Salmoneus nempe, Aeoli filius, quem vellet Iovem in fulminibus iaciendis aemulari, ab eo de caelo tactus ad inferos detruditur) - quando haec fulmini odore, luce, sonitu, impetu simillima est: magna enim vi ignis collecti, emissis repente aut ferreis aut lapideis pilis, quidquid obvium offendit, quassat, dissipat, frangit, contundit, adeo ut nullus sane sit locus, quamvis natura munitus, quin facile expugnetur. Ex quo iam usu venit, ut in ea hoc tempore omnis ferme vis peditum, omnis

equestris splendor, omnis denique bellica virtus indecora consistat, iaceat, obtorpeat. Haec bombarda vocatur a bombo, id est sonitu, qui *βόμβος* graece dicitur: quidem alii tormentum aeneum malunt nuncupare. Eius tametsi modo plura fiunt genera, quae varie vulgo nominantur, et unum illud minimum, quo nunc pedites utuntur, qui factitio nomine **sclopus** vocitatur. Sclops nempe est sonus ille qui, buccarum inflatione erumpit. Persius:

Nec sclopo tumidas intendis rumpere buccas.

Sed vel alio nomine appellatur **arcus busius**, a foramine, opinor, quo ignis in pulverem fistula contentum immittitur; nam Itali *busium* vulgo foramen dicunt, et *arcus*, quod instar arcus pugnantibus fit; quippe hodie huiusmodi tormenti usus in primo statim pugnae loco est, quem olim sagittariis dabant, quum a missilibus proeliari inciperent ».

Quid, si Polydorus nunc viveret, et hodiernam carnificinam videret, quam proiecta humanitas tamque celebratus progressus per aenea illa tormenta nobis adduxit? Quorum quod recentissimum atque perniciosum maxime admissum est, primitivum bombardae nomen iterum assumpsisse cognovimus, atque faxit Deus ut postremum quoque tandem aliquando in humani generis salutem fiat; quin imo ut una cum parentibus, et cognatis, Salmoneisque auctoribus omnibus ad inferos in aeternum detrudatur.

Alterum, quod hodie afferre placet, lectio num mearum specimen diversum omnino est, idque Badaiocensi illi adsiduo lectori meo - (eheu, quam diu a me neglecto!) ceterisque eius generis comitibus dicatum volo; est enim **de cibis et re coquinaria**, ab opere excerptum, cui titulus: *Auctores latinae linguae in unum redacti corpus* apud Guillelmum Leimarium, an. 1585; quod quidem affirmatum suarum diligentiam et veritatem omnem in se recipiat.

Carnes itaque iuxta ipsum dictae, quia carae, sive a creando: unde et a Graecis κρέας vocatur. *Crudum* quod sit cruentum: est enim cum sanguine coctum; *coctum* quasi coactum dicitur, id est ab igne et aqua violento modo actoque comedioni aptum. Sed et multi temporis aliquid coctum vocatur. *Assum* quod ardeat, quasi arsum. *Elixum* eo quod in aqua sola decoquitur: lixa enim aqua dicitur ab eo quod sit soluta; unde et solutio libidinis luxus, et membra loco mota luxa dicuntur. *Frixum* a sono dictum, quando in oleo ardet. *Salsum* quasi sale aspersum, demptis a medio syllabis tribus. *Rancidum* ex vitio nuncupatum, quod rancos efficiat.¹ *Succidia*, carnes in usum repositae, a succidendo dictae. *Lardum* dicitur ex eo quod in domo depositum conservatur: nam antiqui domos lares dicebant. *Lardum* est *taxea* gallice dictum; unde dicit Afranius: « In rosa gallum saginatum pingui pastum taxea ». *Axungia* ab unctione vocata. *Sebum* a sue dictum, quasi suebum, quod plus pinguedinis hoc animal habeat. *Offa* est proprius frustum dentium, cuius diminutivum *offellam* facit; unde et *offarii coei*, quia particulatim, id est offatim excoquunt. Nunc offa est latrantium, quia si in os canis iacitur, saciatus illico compescit et silescit. *Frustum* vocatum quod capiatur a frumine; est enim frumen summa pars gulæ. *Pulpa* dicta quia cum pulte olim commixta vescebatur; unde et *pulmentum* et *pulmentarium* dicitur. Pulpa autem est caro sine pinguedine, dicta quia palpitat: resilit enim saepe. Hanc plerique *viscum* vocant, eo quod glutinosa sit. *Lucanicae* dictae quod prius in Lucania factae sunt. *Farcimen* caro concisa et minuta, dictum quod ea intestinum farciatur, hoc est impleatur, cum aliarum rerum commixtione. *Minatal* vocatum, quod fiat de piscibus et isiciis oleribusque minutatim concisis. *Afratum*, quod latine *spumeum* vocatur; ἀφός enim graece spuma dicitur. *Martisia* in mortario ex pisce fiunt, unde et nominata. Isocen piscem quemdam vocant,

ex quo primum *Isicia* facta sunt, et quamvis ex alio genere piscium fiant, initium autem piscis vocabulum dedit. *Galaticae* a colore lacteo nominatae. *Sphaera* a rotunditate graeco vocabulo appellatur. *Ius* coquinae magistri a iure nuncupaverunt, quia ea lex condimenti eius: hanc Graeci *zemam* vocant.....

Sed iam claudamus rivos; sat enim prata... *interrogativa puncta* pro arboribus germinarunt.

*
*
*

loci.

Avus Tuccio:

— Heus, Tucci; si ob diem natalem tuum jibellis decem, singulis pro singulis annis tuis, te donaverim, quid ultra desideraveris?

— Tot annos, aedopol, quot aetas tua numerat!

In via.

Villicus quidam in urbem venit, ut filium inviseret in carcere detrusum; at viarum ignarus viatorem quemdam obsequenter rogat:
 — Quaeso, ut carcerem recta petam...?
 — Facillimum, hercle! Gemmariam illam tabernam ingredere, inaures quasvis tolle, statimque in fugam te coniice. Pro certo habeas, rectissima ad carcerem te perventurum.

*
*
*

Aenigmata

I (vulgo *Rebus*).

NPHUOBE/BLUSA

II

Integra, quod dein nequeunt, hoc transigo
[sola;

Si duo praescindes, celsa volando peto.
(Aenigmata in superiore fasciculo propo-
sita his respondent: 1] *Flamma*; 2] *Num-mus*).

IOSFOR.

Dr. IOSEPHUS FORNARI, Sponsor.

ROMAE. — TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS.

¹ An ex eo quod *tigris rancat*?

C. DEL VECCHIO.

SINGULIS M